

nobis consistit in receptione formæ cœnitæ vel constitutionis totius subjectiva, neutiq̄am vero adhuc formale, quod veram & realem actionem, quæ materiam ad hunc vel illum disponat statum, requirit; quare igitur illud sit, audiamus, ut deinde ad qualitates Viscidi noxias descendere liceat, & ostendi possit, quâ ratione illud ipsum sanitati sit offendiculum, ubi primo quidem Causam Proximam sive internam, secundo autem remotam, juxta Celeberrimum Sylvium *Praxeos* lib. 1. ubi de Pituita, (quæ tamen ferè nihil aliud est, quam Viscidum nostrum, tractat,) illâ facile majorem, perpendemus.

§. 12.

Causa proxima illa erit dicenda, quæ turbatam sanguinis mixtionem internè inducere potest; sulphuræ enim particule dum nimium exaltantur, deflagrant, & crassiores post se in sanguine humano relinquunt particulas, si subjunguntur, de majori in sanguine copia terrestrium & rigidarum restantur particularum, & eundem fortuntur effectum, sanguinis nimirum crasin turbandi. Alter modus motum, alter quietem indigitat, sed cum hæ Affectiones ad res non-naturales, adeoque ad causam remotam spectent, illas etiam prætermitemus, attendentes potius modum, quo vel per se, vel per aliud excitari possint. Per se ex abundantia particularum contra mixtionis legem id accidit; si enim Terra & sal prædominium habeant, febres generantur. Quartana, ad mentem Willisii *de Febr. cap. 5. p. m. 100.* Diaria s. Ephemera juxta Sylvium *Prax. l. 1: cap. 28. §. 34.* & alia; si sal eminentiori gradu adsit, varii oriuntur affectus scorbutici, Morbi Endemii scilicet, ut Lues Hungarica & Purpura; Scabies itidem, Lepra, Pfora, Elephantiasis, Lichen sive Serpigo & quocunque veniant nomine scorbutici affectus alii, gradu saltem inter se differentes, prout salinæ & terrestres particule sanguinis poros plus vel minus occupant, ætheri accessum denegant, adeoque sanguinem sensim incrassant, qui à Spiritibus impingentibus si urgeatur, transmittit per poros continentium materiã sui generis, in superficie corporis per variæ figuræ & coloris maculas, Lentigines, pustulas, Exanthemata (sub quorum nomine certo respectu omnes Morbi Exanthematici è Viscido oriuntur diveniunt;) & adeum jam statum pervenerit, ut Tubercula in superficie Cutis externæ conspiciantur, per Ecchymata etiam & Phymata

B 3

quævis